


FRANCISCVS DONATVS

D V X LXXIX.

*Creatus die 22. Novemb. Ann. 1545. obiit 23. Maii An. 1553
cum sedisset Annos vii. Menses 6.*

ELOGIVM VETVSTVM.

*Curia parte luculenter adificio exornatà, omni belli suspitione semotà, dum Res.
publica sub meà salutari tutelà securè admodum respiraret septimo Principa-
tus Anno, Vita amplius octuagesimo, in unam publicæ salutis atque opulentia
curam exubantem Mors oppressit.*



EX gravi Sapientum ordine, inter quos, quatuor supra viginti vices confederat, Princeps assumitur Franciscus Donatus Eques & D. Marci Procurator eo tempore, quo Orbis ferali bello conflagrabat, excepta Republica, quæ funera respiciebat à longè, oculis tamen cum suo Leone excubabat apertis, & pacem custodiebat, armata castrorum curà commissa Guido Vbaldo Ruvereo Duci, cui vexillum publicè credidit primo suæ electionis Anno, Princeps Donatus. In hoc otio Moles posita Palatina, quàm super Giganteos gradus janitores custodiunt Neptunus & Mars, Pari com-